



Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Beneficiorum Ecclesiasticorum Natvra, Ereptione, Qualitatibvs Ad Ea Obtinenda Requisitis ...

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

258. Qualiter, quòd nati ex vero matrimonio sint legitimi, sit extendendum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74477)

PARAGRAPHVS III.

De Legitimitate Natalium.

Quaestio 258. Qualiter, quod nati ex vero matrimonio sint legitimi, sit extendendum?

Respondeo: ut locum habeat. Primò: etsi matrimonium non fuerit sacramentum, v. g. non baptizatum, modò ex usu gentis fuerit verum. Abb. & Jo. Andr. ad c. fin. qui fil. sint legit. Pass. de elect. c. 25. num. 108. Secundò: licet ex occulto impedimento fuerit nullum, modò bona fide reputatum pro vero. c. ex tenore. c. cum igitur, c. peruenit. & c. qui filii. ibidem Abb. Suar. de cens. d. 50. f. 1. num. 6. Peyr. in pralato. q. 2. c. 5. num. 104. Garc. p. 7. c. 2. num. 44. Tertio: licet in jam dicto casu ignoretur, an parentes contraxerint bona fide. Suar. loc. cit. num. 10. Peyr. loc. cit. num. 107. Pass. loc. cit. num. 109. Quarto: etsi Parentes postquam bona fide contraxerunt, dubitauerunt de valore sui matrimonii, & filii nati sunt tempore hujus dubii. Barb. ad cit. c. cum inter. num. 18. Peyr. loc. cit. num. 110. cum dubium hoc sit speculativum, quo rante Conjuges possunt commiseri. Sanch. l. 2. de mar. d. 41. num. 4. & 8. Quintò: quin etiam, licet uni conjugum consisteret de invalidare matrimonii, altero iusta ignorantia (sive ea sit juris, sive facti. Pass. n. 115.) laborante cit. cap. ex tenore. & ibi Abb. num. 3. Barb. num. 4. Sanch. de mar. lib. 8. d. 34. num. 46. Garc. loc. cit. n. 30. Menoch. de praesump. lib. 4. praesump. 21. Suar. loc. cit. num. 6. Verumque hoc ipsum est, etsi de cetero uterque conjugum fuerit in mala fide circa aliquod impedimentum non dirimens. Sanch. de mar. l. 9. d. 38. num. 3. Suar. loc. cit. num. 8. Peyr. num. 107. Nihilominus tamen si matrimonium tale fuerit clandestinum (quale secundum Barb. ad cap. cum inibibitio. de clandest. despons. Peyr. loc. cit. num. 108. & alios censetur illud, quod initum est sine praeviis denunciationibus, eò quòd meritò praesumat Ecclesia affectatam ignorantiam impedimenti in eo, qui contrahit omiffis proclamationibus ad hoc institutis, ut detegantur impedimenta; probabilius autem secundum Suar. num. 10. Pass. loc. cit. n. 14. & alios illud, quod non est factum in facie Ecclesiae, juxta leges seu consuetudinem patriae, etiam ibi, ubi lex de assistentia Parochi non obligat modò, vel olim ante Tridentin. non obligabat) iusta ignorantia impedimenti dirimentis, habita ab uno vel etiam ab utroq; conjugue non impedit, quo minus nati ex illis sint legitimi, etiam independenter à Tridentino, irritante matrimonia clandestina. cit. c. cum inibibitio. Suar. loc. cit. num. 9. Garc. loc. cit. num. 31. Pass. num. 113. Sextò: etsi nati sint ex viro & legitima uxore post susceptum à viro de licentia uxoris Ordinem sacrum, Suar. loc. cit. num. 4. Peyr. loc. cit. num. 112. Majol. de irregul. l. 1. s. 4. num. 9. Secus si nati ex altero conjugum post matrimonium ratum tantum professo, cum per professionem prius matrimonium dissolvatur. Trident. sess. 24. c. 6. de matr. Sayr. l. 6. de cens. c. 10. num. 40. Majol. loc. cit. num. 4. Septimò: etsi nati ex viro & legitima uxore post susceptum à viro, invita uxore, matrimonio nondum consummato, sacrum ordinem. Abb. in c. 2. de conversione conjugat. Sayr. & Pass. loc. cit. Octavò: quin imò et si vir de licentia uxoris suscepisset Ordinem, cum

P. Leuren. Forè Benef. Tom. I.

Ordo non solvat matrimonium ratum. Barb. in Extrav. Antiqua n. 10. Secus est, si vir post matrimonium solummodo ratum validè professus esset; filius enim ex tali natus esset illegitimus, non tantum naturalis, sed spurius. Sanch. cit. d. 38. num. 7. Barb. ad c. literas. de filiis presbyterorum.

Quaestio 259. Qualiter è contra hoc ipsum limitandum, ut nimirum nati ex legitimo conjugio nihilominus habeantur, & sint quandoque legitimi?

Respond. id contingere, dum suscepti sunt ex propria uxore viro jam facto (saltem ubi accessit uxoris licentia) sacerdote post ratum vel etiam consummatum matrimonium, vel etiam viro, vel uxore post consummatum matrimonium, jam professis in religione. Verum hos simpliciter dicentes illegitimos volunt Host. in summ. de filiis presbyter. num. 5. Sylv. v. illegitimus. Castrop. tom. 2. tr. 13. d. 4. num. 1. §. 1. n. 4. & plures alii apud Pass. num. 167. alii illos dicunt illegitimos, addendo vel subintelligendo naturales, & illegitimos canonicè, seu jure can. Alii denique cum quibus locuti sumus extensione septima & octava. volunt eos esse simpliciter legitimos, eò quòd nullibi in jure vocentur illegitimi, aut dicantur inhabiles ad succedendum haereditario jure in bonis parentum, aut ad alios honores, dicendum verò esse illegitimos ad instar, seu secundum quid, eò quòd æquè irregulares sint, & promoveri nequeant ad Ordines, vel beneficia Ecclesiastica, ac verè & simpliciter illegitimi Sanch. cit. d. 38. n. 7. Pass. loc. cit. n. 186. Jo. Andr. Ab. & alii ad c. literas. de fil. presb.

Quaestio 260. An & qualiter illegitimi legitimentur per subsequens Matrimonium?

Respondeo primò: si tempore fornicariae copulae, ex qua filius susceptus est, potuisset esse verum matrimonium, eò quòd non aderat impedimentum dirimens, c. tanta, qui fil. sine legit. ibid. Abb. n. 4. Barb. n. 2. Garc. loc. cit. n. 27. Suar. loc. cit. n. 3. Paxjord. l. 10. tit. 18. n. 34. Pass. loc. cit. n. 116. Nec obstat primò, quòd tempore illo fuerint inter eos impedimenta tantum impedientia Barb. loc. cit. n. 31. Pont. de mar. l. 11. c. 2. num. 6. Less. de just. l. 2. c. 19. Castrop. loc. cit. §. 3. n. 2. Neque secundò, quòd vir isto tempore habuerit beneficium Ecclesiasticum absque Ordinibus sacris. Barb. num. 33. Pont. Castrop. l. cit. aut fuerit Novitius, vel mulier novitia. Majol. Barb. Peyr. Sayr. l. cit. Neque tertio, quòd inter copulam & subsequens matrimonium intercesserint alia matrimonia. Barb. num. 5. Garc. loc. cit. c. 2. num. 28. Sayr. loc. cit. c. 10. num. 14. Suar. loc. cit. f. 5. num. 10. Azor. loc. cit. c. 3. num. 21. Neque quartò, quòd mulier fuerit concubina domi detenta, etsi de cetero jura magis detestentur concubinatam. Barb. loc. cit. Abb. loc. cit. num. 14. Neque quintò, quòd subsequens Matrimonium sit clandestinum, modò sit postea ab Ecclesia approbatum, vel in facie Ecclesiae denuò contractum, eò quòd, utpote initum in loco, ubi Trident. receptum erat invalidum. c. quia nobis. qui filii sint legit. & ibi Jo. Andr. & c. 2. de clandest. despons. tenentque multi probabiliter, nec improbat Suar. loc. cit. f. 1. num. 9. valere hoc ipsum, nimirum filios tam ante quam post tale matrimonium clandestinum ab Ecclesia

H 3

appro-